

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe

der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.

Sechszwanzigster Band.



Hannover und Leipzig.

Hahn'sche Buchhandlung.

1901.

Eine ungedruckte Urkunde Friedrichs II. für S. Giovanni Evangelista zu Ravenna.

Mitgetheilt von S. Bernicoli.

Confirmatio privilegii imperatoris ab altero imperatore
et omnium rerum et possessionum, quas dictum
monasterium detinet sive olim detinuit.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Fridericus
secundus divina favente clementia Romanorum imperator
semper augustus Yerusalem et Sicilie rex. Cum impera-
toriam deceat maiestatem merita suorum fidelium diligenter
attendere et subiectorum suorum postulationibus iustis
adesse, tanto¹ ad sacrosanctas² ecclesias et monasteria
oculos tenetur reducere pietatis, quanto regi regum gratius
residet, cum et sue pietatis operibus noster adhibetur
assensus. Eapropter notum facimus universis imperii fide-
libus tam presentibus quam futuris, quod Guillelmus vene-
rabilis abbas sancti Iohannis evangeliste de Rauenna
fidelis noster ad presentiam nostram accedens ostendit
nobis quoddam privilegium a domino quondam imperatore
Friderico avo nostro felicis memorię prefato monasterio
suo pie indultum. Idem³ vidimus contineri, qualiter idem
dominus imperator avus noster abbatem eiusdem monasterii
et monasterium ipsum cum omnibus bonis suis, que iuste
tenet et possidet et in antea posset adipisci, sub speciali
protectione et tuitione sua recipiens eidem monasterio,
quicquid largitione ecclesiasticorum saeculariumve prin-
cipum vel aliorum quorumlibet hominum traditione susce-
pisse tenereque ac possidere inde videtur⁴ vel quod in
posterum legitime et rationabiliter posset adipisci, id ei
totaliter auctoritatis suo robore confirmavit in omni quiete
de cętero possidendum. Dedit etiam et concessit eidem

1) Dahinter 'tañ' in der Hs. Man erwartet etwa 'potius' wie in
BF. 1643, das die gleiche Arenga hat. 2) 'sacrosancta' Hs. 3) Zu
emendieren in 'ibidem'? 4) 'indefinite' Hs.

ecclesię omne placitum ac omne districtum de universis possessionibus, quas ipsa ecclesia tunc habebat vel postmodum haberet, tam in terris quam in eorum habitationibus et precipue districtum et placitum de tota villa Barisani¹, de tota Calbella² et de Ronta³ tota, de toto loco sancti Geruasii⁴ ab utraque parte fluminis et de tota villa que dicitur Publicus⁵ ac de toto loco qui dicitur sanctus Blaxius de Bulecadarii⁶, et de omnibus possessionibus, quas ipsa ecclesia habet per diversa loca in plebe sancte Marię in Portu⁷, et de tota terra, que dicitur Trisigala⁸ et de reliquis eidem ecclesię tunc vel in futuro pertinentibus. Sancivit preterea firmiter statuens, ut nulla potestas ecclesiastica vel saecularis vel alicuius civitatis consulatus nec aliqua persona magna vel parva nomine fodri vel alicuius collecte aut albergarie seu angarie vel perangarię a predicta ecclesia eiusque possessionibus et hominibus requireret⁹ vel reciperet exactiones, salva per omnia imperiali iustitia, quam sibi vel certis nunptiis ad eam exigendam specialiter delegatis voluit exhiberi, statuens, ut, si quis temerario ausu contra huius suę institutionis preceptum venire presumeret, pęna quinquaginta librarum auri condemneretur, quarum media pars fischo, altera persolveretur monasterio supradicto. Ipso demum privilegio nobis exhibito et supplicante¹⁰ culmini nostro satis humiliter et devote Alberto venerabili Magdeburgensi archiepiscopo totius Lombardię legato et comite¹¹ Romaniole dilecto principe¹² et fideli nostro, ut omnia supradicta iamdicto monasterio confirmare de nostra gratia dignaremur: nos supplicationem eius infra sacrarium exaudientie nostrę benigne admisimus et intuitu retributionis aeternę ac pro remedio animarum divorum augustorum predicti seu avi et patris et matris nostrę memorię recolendę nec non et pro nostre conservationis salute omnia supra scripta, sicut a memorato imperatore avo nostro ipsi monasterio

1) Barisano im Gebiet von Forlì. 2) Unbekannt. 3) Ronta im Gebiet von Cesena, rechts vom Flusse Savio. 4) S. Gervasio am Savioflusse, nahe der Brücke, auf der die Landstrasse von Rimini nach Ravenna den Fluss überschreitet. Die Capelle, von der der Ort den Namen hat, wurde dem Kloster 1014 von Erzbischof Arnold von Ravenna geschenkt (Fantuzzi V, 270, wo statt 'in iunii' mit dem Original 'in ruinis' zu lesen ist). 5) Pubblico in der Grafschaft Ravenna, 1579 mit dem benachbarten S. Stefano vereinigt. 6) S. Biagio di Bulgaria, jetzt Bulgheria, in der Diöcese Cesena. 7) S. Maria in Porto im Gebiet von Argenta. 8) Lag im Gebiet von Ferrara, erwähnt auch 1251 (Tarlazzi, Append. Fantuzzi. I. 213). 9) 'requireret' Hs. 10) 'supplicanti' Hs. 11) 'comiti' Hs. 12) 'principi' Hs.

pia sunt liberalitate concessa, ut in autentico privilegio suo plenius continetur, iam dicto Guillelmo et eius successoribus et monasterio sepe fato imperpetuum de nostra gratia confirmamus. De abundantiori quoque culminis nostri gratia, qua loca religiosa benigne semper consuevimus intueri, sancimus, ut, si quando dictus abbas et sui fratres eorumque successores agant vel conveniantur, non cogantur prestare sacramentum calumnie, nisi per syndicum vel actorem, et quod in rebus ecclesie requirendis et ordine iudiciario¹ recuperandis nulla, nisi centum² annorum, prescriptio opponatur, et quod fructus possessionum suarum, quas habent in districtibus civitatum castrorum libere ac sine contradictione rectorum et comunitatum³ locorum de dictis districtibus possint extrahere et ad predictum monasterium ad usum et utilitatem ipsius integre deportare. Statuentes et presentis privilegii auctoritate firmiter iniungentes, ut nulla⁴ omnino persona parva vel humilis, ecclesiastica vel secularis iam dictos abbates et successores eius ac monasterium supra dictum de supra dictis omnibus inquietare seu molestare presumat. Quod qui presumpserit, in suę temeritatis vindictam centum libras auri puri componet, quarum medietas camerę nostrę, altera vero passis iniuriam persolvetur. Ut autem hæc nostra confirmatio et concessio rata semper et inconvulsa permaneat presens privilegium fieri et sigillo maiestatis nostrę iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis et Lando Reginus archiepiscopi⁵, Iacobus Taurinensis, . . Currensis et abbas sancti Galli, . . Cicensis, M. Imolensis episcopi⁶, . . langravius⁷ Turingię, dux Sassonię⁸ et dux Spoleti, comes de Queurenberc⁹, comes S. de Viena et alii quamplures.

Signum domni Friderici secundi dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti Yerusalem et Sicilię regis.

Acta sunt hæc anno dominicę incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense aprilis, quarta decima indictione, imperante¹⁰ domino nostro Friderico secundo dei gratia¹⁰ invictissimo¹¹ Romanorum imperatore semper augusto Yerusalem et Sicilię rege, anno Romani imperii eius sexto,

1) Darüber von anderer Hand 'ordinato iudicio'. 2) Darüber von anderer Hand 'ducentum'. 3) 'comunitate' Hs. 4) 'nullo' Hs. 5) 'archiepiscopus' Hs. 6) 'episcopus' Hs. 7) 'langraue' Hs. 8) 'Sansonie' Hs. 9) 'Quenrentor' Hs. 10) 'imperante — gratia' steht in der Hs. hinter der Signumzeile. 11) 'vigesimo' Hs.

regni Yerusalem¹ primo et regni Sicilię vigesimo¹ octavo;
feliciter amen. Data apud Rauennam anno mense et in-
dictione p̄scriptis.

Die vorstehende Urkunde entnehme ich der von mir in dem Schriftchen 'Documenti inediti sul castello di Polenta' (Ravenna 1897) beschriebenen Hs. des 15. Jh., die sich in der Busta 1496 des Archivio delle corporazioni religiose zu Ravenna befindet. Zwei andere bisher unbekannte Urkunden Konrads II. von 1037 und Heinrichs III. von 1047 für dasselbe Kloster S. Giovanni Evangelista habe ich a. o. O. veröffentlicht. Von der in dem D. Friedrichs II. erwähnten Urkunde seines Grossvaters habe ich eine Abschrift bisher nicht auffinden können; die Originale aller dieser Diplome scheinen unwiederbringlich verloren zu sein.

1) 'in Yerusalem primo et regni Sicilię vigesimo' steht in der Hs. hinter den oben S. 205 N. 10 angeführten Worten.
